

V. 1^a F.

(cat. 4, 10-33^b)



REC

CONS

UNIVERSITA

Elacum Nobis est



tulle, qui nocturno tempore
 vocant dormitoras, vestiri homi-
 greduntur, vestimentis que ipse
 ita ferocunt & iniquiter agunt, sint superbia
 Neque enim innox persuaderi nobis patimur, Quod
 los innumerables adco honestas, omnis decori
 Quod si tamen insinuat consortio male iustis
 mus, abcedant ab ecclia. Accidet enim ipsa
 blicam comodo turbantibus, detestissimus & Ho-
 nus noster Clementissimus, iustis fieri, ut ad sop-
 cum tractantur, & promerentur, quam suberant
 legentur, excluduntur. Idem fatum, aut gravi-
 runt, compedit, rixantur, digladiantur, chartas
 hant, & publice arguunt, cum peras in hanc
 esse possent. Qui ad istud ius est, adire to-
 nichum habentes. Sicem contractus, si se ma-
 factur. preteritum in his diebus, sicut
 certum, respiciunt, precipue, si in hoc co-
 auxilio implorant, sed in hanc certum, si
 iure merito, si in hanc, P. I. ius, & hanc

171



RECTOR

ET

CONSILIUM

UNIVERSITATIS LIPSIENSIS.

Relatum Nobis est esse, nescimus Troës sint Rutulive, qui nocturno tempore per urbem vagantur, tunicistalaribus & mitris, quas vocant dormitorias, vestiti, homines sibi occurrentes, in primis sequioris sexus agrediuntur, vestimentisque spoliant. Nondum Nobis compertum est, an isti, qui ita ferociunt & iniquiter agunt, sint nuper advenæ, aut alii incivitate hac commorantes homines. Neque enim mox persuaderi nobis patimur, Cives Nostros, Sapientiæ & bonarum Artium Studiosos immemores adeo honestatis, omnis decoris & sui immemores se gerere, ut talia perpetrent. Quod si tamen isti sint, aut consortio malo misti existunt, ex paterno affectu diligentissime moneamus, abscedant ab eo statim. Accidet enim ipsis, quod in Rescriptis an. 1703. & an. 1713. securitatem publicam eo modo turbantibus, Serenissimus & Potentissimus Rex Poloniæ & Elector Saxonix, Dominus noster Clementissimus, jus sit fieri, ut ab apparitoribus urbis capiuntur, in Carcerem Academicum tradantur, & pro meritam poenam subeant, beneficiis priventur, spe promotionis excidant, relegentur, excludantur. Idem fatum, aut gravius experientur, quotquot in popinas rusticas excurrunt, compotant, rixantur, digladiantur, chartas convocantes & conspirantes ad tumultum conscribunt, & publice affigunt, cum poenas, in Mandato contra Duella sancitas incurrant, quæ capitales esse possunt. Qui ab aliquo læsus est, adire tenetur Magistratum Christianum promptum ad puniendum lædentes. Picem contrectans sese maculat. Pii Probi que Juvenes Studiosi popinas averfantur, præsertim sanctis DEO diebus, sobrie vivunt, in Museis suis manent, quæ per diem didicerunt, vesperi repetunt, precibus se suosque commendant, cubitum eunt, mane surgunt, divino auxilio implorato ad Studia sua revertuntur. Horum vitam, mores, eruditionem, ubi requiretur, jure meritisimo laudabimus. P.P. Lipsiæ d. II. Aprilis Anno Christiano clv CC XVII.



Yc 6897

2^o

III




5b.

1077

n. l.





RECTOR ET CONSILIUM

UNIVERSITATIS LIPSIENSIS.

Relatum Nobis est esse, nescimus Troës sint Rutulive, qui nocturno tempore per urbem vagantur, tunicistalaribus & mitris, quas vocant dormitorias, vestiti, homines sibi occurrentes, in primis sequioris sexus agrediuntur, vestimentisque spoliant. Nondum Nobis compertum est, an isti, qui ita ferociunt & iniquiter agunt, sint nuper advenæ, aut alii incivitate hac commorantes homines. Neque enim mox persuaderi nobis patimur, Cives Nostros, Sapientiæ & bonarum Artium Studiosos immemores adeo honestatis, omnis decoris & sui immemores se gerere, ut talia perpetrent. Quodsi tamen isti sint, aut consortio malo misti existunt, ex paterno affectu diligentissime monemus, abscedant ab eo statim. Accidet enim ipsis, quod in Rescriptis an. 1703, & an. 1713, securitatem publicam eo modo turbantibus, Serenissimus & Potentissimus Rex Poloniae & Elector Saxoniae, Dominus noster Clementissimus, jus sit fieri, ut ab apparitoribus urbis capiantur, in Carcerem Academicum tradantur, & pro merita poenam subeant, beneficiis priventur, spe promotionis excidant, relegentur, excludantur. Idem fatum, aut gravius experientur, quotquot in popinas rusticas excurrunt, compotant, rixantur, digladiantur, chartas convocantes & conspirantes ad tumultum conscribunt, & publice affigunt, cum poenas, in Mandato contra Duella sancitas incurrant, quæ capitales esse possunt. Qui ab aliquo læsus est, adire tenetur Magistratum Christianum promptum ad puniendum lædentes. Picem contrectans sese maculat. Pii Probi que Juvenes Studiosi popinas avertantur, præsertim sanctis DEO diebus, sobrie vivunt, in Museis suis manent, quæ per diem didicerunt, vesperi repetunt, precibus se suosque commendant, cubitum eunt, mane surgunt, divino auxilio implorato ad Studia sua revertuntur. Horum vitam, mores, eruditionem, ubi requiretur, jure meritisimo laudabimus. P.P. Lipsiæ d. II. Aprilis Anno Christiano clob CC XVII.

